



25826

kat.komp.

I

Mag. St. Dr.

P

Karl Gustav

Declaratio Sae Reg. Majestatis Sveciae
de proportionione sua in praece studia
die xx Junii 1659 Chronoburgi edita.

Kart. 7

Herr. 1659

Sa

die

L. v

DECLARATIO
Sac. Reg. Majestatis
SVECIÆ,
de propensione sua in
PACIS studia:
die XX. Junii anno M DCLIX.
Chronoburgi edita.

C. vme q1.

H. 16. 10. 10



Regis
Ordin
status
Septe
Minist
partib
sent
perspi
voces
qvære
rum ge
onis n
nantu
pentu
SPECIA
tanqva
stas ex
in spec
rum &
majore
nunc 1

Elevacione in munus sac. Regis

Mun. Sacris sedib. ad quatuor D-

CVABA DVRAV. PA. A. V. I. V. D. S. X.

ordinacione sicutum regibus au-

tores regis duxerit. si p. p. e. r. e. r. e.

eg. Dux. possidens tunc & p. p. o. o. r. e. r. e.

quies. Generales huius Regis. auctoritate regis.

Haec Comitie ad dominum de jure huius regis.

sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.

litteris. sicut in ordinacione Regis. cum de jure huius regis.



25. 826. 7.



Ervenerunt in manus Sac. Reg. Mtis. Sveciæ exemplaria duarum DECLARATIONUM per Ablegatum extraordinarium Serenissimæ Reipubl. Angliæ, qvæ emanatæ perhibentur à parte Regis Daniæ, postqvam celsi & præpotentes D.D. Ordines Generales uniti Belgii, vigore cujusdam tractatus, Hagæ Comitis ad promovendam inter hæc Septentrionalia Regna securam pacem initi, per suos Ministros de animorum reconciliatione & bello in his partibus sopiendo, uti fertur, nonnulla proposuerunt. Ex qvib[us] Declarationibus satis luculenter perspicere licet, qvam invitis auribus animisq[ue] Pacis voces à Danis acceptentur, dum, qvævis obtentui qværentes, aliena ab hoc bello Danico, adeoq[ue] aliorum gentium controversias, qvæ cum hoc Septentrionis negocio nihil commune habent, admiscere conantur; interim, ne Pacis nomen plane horrere culpentur, pro consilio reperiunt, rejicere TRACTATUM SPECIALEM, à dictis Belgicis Ministris propositum, tanquam eum, per quem Sac. Reg. Mt. Sveciæ injuras exposcere conditiones liceret, ac UNIVERSALEM in speciem substituere, utpote communi commerciorum & navigationis usui libertatem & securitatem, majorem redditum & conservaturum. Qvanquam nunc hisce latebris facile ostendant Dani peritioribus,

bus, & alieniorem eorum à pace animum, & se cau-
sis externis, ac ad se nihil pertinentibus, ita implicari velle, ut non suæ amplius potestatis esse se profiteantur; nedum, ut Pacis negocium pro voto accelerare valeant, atq; culpam in Sac. Reg. Mtem. oblique derivare injuste tentent: tamen efficiendum putavit Sac. Reg. Mtas. Sveciæ, ut luculentius omnibus appareat, ne hac qvidem Danorum exceptione & declaratione à salutari Pacis proposito, qvod jam diu serio urgebat, se dimoveri posse. Etenim UNI-
VERSALIS TRACTATUS, quem illi tantopere sectantur, ac procul à rationibus & mente Sac. Reg. Mtis. recedere forsan opinantur, non ita longe abit à sententia Sac. Reg. Mtis, ut eundem, si ex candido & sincero pectore proficisci intelligatur, ac media & modus exhiberi possunt, qvibus & mature incipiat, ac ad finem & executionem, sine plurium rerum partiumq; supplantatione, atqve vicinorum populorum incommodo, deduci probetur, plane damnet: qvin potius existimat Sac. Reg. Mtas. Sveciæ, sic Se comparasse jam diu in Pacis negocio, ut rerum non imperiti facile judicare possint de singulari Sac. Reg. Mtis. in eam propensione, utpote qvæ sollicite & omnibus modis pridem testatum reliquit, nihil sibi esse vel prius vel antiquius, qvam ut cum omnibus suis hostibus fidam amicitiam restaurare queat. Et subest causa, cur per omnia eandem desideret & optet, insurgentibus adversus Eam tot simul hostibus, ut, nisi sub divino pugnaret favore, haut ulli verisimile videtur, Eam solam, tot ingruentibus viribus, tantoq; tempore, resistere potuisse. Igitur inter ea media, qvæ usus

usus
Mtas
nem
bona
consi
parti
pacis
sidera
cile r
rator
verso
notit
impe
brugg
conse
qvæ
ret, s
ex m
Impe
ta, o
opera
cari c
mox
qvant
gentil
parti
perat
qvæ a
gariæ
dum
quieti
C 102

usuſ & necessitas temporum reperire cogit, Sac. Reg. Mtas. Sveciæ ſemper collocavit æqvam transactio-
nem, & ſinceram cum omnibus inimicis amicitiaſ &
bonæ rurſus correspondentiaſ revocationem, eoq;
consilia direxit ſua, ut apparet, æqvos judices, & à
partium ſtudiis alienos, nihil habituros eſſe, qvod in
pacis ſtudio à parte Sac. Reg. Mtis. magnopere de-
ſiderarent: id qvod conciſo adhuc ordine & ſtylo fa-
cile monſtrari posſet. Etenim, qvantum ad Impe-
ratorem Romanorum, non potest non conſtare uni-
verſo Imperio Romano, adeoq; aliis rerum in Europa
notitiam aliquam habentibus, qvantas S. Reg. Mtas.
impensas, diligentiamq; ſemper fecerit, ut Pax Oſna-
bruggis & Monasterii concluſa ſarta, teſta & illibata
conſervaretur. Pervidit eqvidem Sac. Reg. Mtas.
qvæ patrare tentabat FERDINANDUS III. dum vive-
ret, ſed connixit paulum. Eodem verò Imperatore
ex mortalium cœtu emigrante, ac libertate Sac. Rom.
Imperii Electoribus, Principibus & Statibus reſtitu-
ta, occaſionem rata eſt Sac. Reg. Mtas. omnium co-
operatione qværendi, ut vulnus, qvod paulatim refri-
cari cœpit, in tempore medicinæ adhiberetur. Itaq;
mox per miſſum ad Eos Ablegatum declarari fecit,
qvanto ſtudio teneretur reducť non ita pridem in-
gentibus impensis tranqwillitatis publicæ, monendo
partim ea, qvæ ad rerum turbationem à defuncto Im-
peratore parari tunc certissime conſtabat; partim,
qvæ apertiſ poſtea in Polonię trajectis Regis Hun-
gariæ armis manifesto agebantur: ac adhortando, ut,
dum per Imperii vacationem plene liceret, publicæ
quieti tempeſtive conſuleretur. Mereri ſecuritatem

Imperii Romani, ut, qvi fastigium ejus affectare vellet, Paci cum vicinis Regnis litaret: qvam ut monstraret Sac. Reg. Mtas. qvanti Ipsamet faceret, per iteratam Legationem, Francofurtum ad Mœnum missam, non obscure significavit, haud aliud se pro manifesta vi, & injuria, contra leges publicas illata, postulaturam, qvam simplicem reconciliationem, & securum eorum, qvæ beneficio INSTRUMENTI PACIS Ei debentur, usum; atq; ut Domus Austriaca, ab hostibus Sac. Reg. Mtis. separata, deinceps nihil contradictam Westphalicam pacem in præjudicium Sac. Reg. Mtis. committeret. Has tam moderatas Sac. Reg. Mtis, etiam post adhibitam vim & læsa pacta, animi rationes, qvicunq; pacem amat, laudare utiq; tenetur, cùm, inducta oblivious injuriarum anteaactarum, nulli nec occasione nec tempori Eam defuisse videat, qvò aliquæ honestæ pacis ansa præberetur. Qvod autem Domus Austriaca surdis adeo auribus conditio nem oblatam spreverit, ita ut salutares Sac. Reg. Mtis. conatus proficere neq; vici qvam potuerint, iis imputandum, qvorum hæc propria est culpa. Non tamen desistit Sac. Reg. Mtas. perseverare in bono proposito, qvamvis obnientibus ejus adversariis. Cum enim Tractatus in Polonia ostentaretur, atq; Domus Austriaca pariter secum ibi tractandi copiam promitteret, nihil omnino distulit Sac. Reg. Mtis. qvod eo facere posset. SALVOS CONDUCTUS, & cætera conventuris necessaria instrumenta, sic parari curavit, ut non minus intelligeretur, pronam esse Sac. Reg. Mtem. cum ea Domo in ipsa Polonia tractandi, qvam ipsamet cum Polonis. Qyibus Sac. Reg. Mtas. jam perpetuo te-

nore

nore ab initio belli Polonici, & inde, qvamdiu Ipsa in
Polonia versaretur, & postea etiam, cum necessitas
imponeretur è Prussia in Daniam migrandi, studium
& voluntatem suam conspicuis satis argumentis ap-
probavit, constitutis & relictis semper, qvi pacis re-
stitutioni indefesse operantur. Factum tamen est
haec tenus, tam à parte Polonorum, qvam Austriaco-
rum, ut propitiores non redderentur vices, qvam qvæ
ab eludentibus fere expectari sverunt. Nec desunt
indicia hautqvaqvam obscura, qvæ arguant, non ipsos
modo Austriacos esse à pace alienos, utpote qvi in
turbidis piscari & lucrari jam diu didicerunt; sed et-
iam, qvæ probent, eosdem gentem Polonam ad supi-
nam obstinationem, & qvamvis remoram injiciendam,
hortatos esse, idq; non alio certe fine, qvam ut Poloni
domi diversis studiis committantur, & sic certatim at-
terantur magis, pacisq; interea beneficio priventur,
& retibus insimul Austriacis ita implicitur, ut inde
se se extricare, cum maxime velint, illis haut integrum
sit. Igitur hucusq; evenit, ut, qvamvis saniores eo-
rum & liberari à compedibus Austriacis, & sopiri cum
Regno Sveciæ bellum cupiant, nihilo tamen magis
proficiant, qvin plerique, deterioribus subordinati
consiliis, non unum in SALVIS CONDUCTIBUS & præ-
viis Tractatui instrumentis committant errorem. Mo-
do enim justam & usitatam sæpius titulaturam negant:
modo sigillum Regni ita deformant, non tantum, ut
vix deprehendas nomen ipsius Regis; sed etiam qvæ-
dam adeo delentur, qvædam corrumpuntur, qvædam
etiam nova, nec haec tenus in SIGILLO POLONICO visa,
adcrustantur, ut, cujus fuerit Sigillum aut inscriptio,
haut

haut tam in facili sit dignoscere. Et cum de emenda-
tione à parte Sac. Reg. Mts. Sveciæ instanter moni-
tum sit, tum verò omnia in pejus mutabantur, ut de-
prehensum sit, nunc Legatos qvosdam esse exclusos,
nunc integros paragraphos elisos, nec curæ habitum,
ut dies, qvo scripti sunt, pro solito exprimeretur; id
qvantum intersit, ut Comitiorum tempore fiat, judi-
care potest, qvicunqve R empumaticam Polonam non
ignorat: adeoqve aliæ maculæ post alias subinde ir-
repserunt, ut facile animadvertas, Polonus sive alio-
rum consiliis seductos, sive de industria propria pec-
care, nec rem serio agi; reperiri verò circa qvamvis
promissam emendationem novum defectum, qvi paci
publicæ aut in præsens sit impedimento, aut in futu-
rum fraudi. Econtra Sac. Reg. Mtas. Sveciæ, qvæ
eodem constantiæ tenore paci revocandæ incumbit,
jam diu, nec absq; magnis sumtibus, cum Legatis suis,
instrumenta Tractatui necessaria secum habentibus,
non modo pro Polonis, sed etiam pro eorum fœdera-
tis, præstolatur; adeoq; pro Electore Brandenburgi-
co, qvi, post sacram paetorum religionem irreveren-
ter habitam, & deniq; fide mala servatam, tantum ab-
est, ut bonam intentionem Sac. Reg. Mts. agnoscat
& amplectatur, ac Pacis nomen in animum admittat,
ut super arma, qvæ in Sac. Reg. Mtem. vehementer
stringit, futilibus insuper & impudentibus suorum mi-
nistrorum scriptis & vociferationibus animi sui iram
acuat & exserat. Ex qvibus omnibus, qvi remotum
à studiis partium gestant animum, satis cognoscere
possunt, non per Sac. Reg. Mtem. stetisse hactenus,
tam evidenteribus documentis ad omnes reconciliatio-
nis

nis via
nient
eos ob
media
oblu
eande
lixum
deside
aut Pa
ceptat
caneur
situm
Sveciæ
nunq
sitionis
one ex
Dani,
Sac. R
singula
reditur
Ipsa &
si de se
subsiste
aptand
res dein
tur. E
tali stat
riorem,
liceretu
fuit, Pa

nis vias promptam, qvo minus Tractatus Pacis convenientibus in locis & per omnia instituatur; sed per eos obstacula injici, qvorum animi revocandæ quietis media horrent aut aspernantur, vel etiam illusionibus obluctantur.

Cæterum, ut ad Daniam revertamur, atq; eidem eandem Pacis viam fuisse apertam monstremus, prolixum foret deducere, qvam Sac. Reg. Mtas. ex animo desiderarit, aut nunquam fuisse ad manus perventum, aut Pacem Roskildensem. ut pronis ulnis à Danis acceptatam, ita bona fide observatam fuisse. Supervacaneum etiam esset agere, qvod alibi suo loco expostum est. Illud tamen sciendum, Sac. Reg. Mtem. Sveciæ, qvamvis in Daniam cum armis reverti coactam, nunquam tamen detrectasse honestas & tutas compositionis vias. Et qvanquam cunctatione sua & negatione executionis Sacr. Reg. Mtem. adeo irritaverint Dani, ut de vindicta in crimina eorum unice cogitare Sac. Reg. Mtas. non immerito statueret, fecit tamen singularis Ejus humanitas & moderatio, ut circa suum redditum in Selandiam Danicis Legatis Ringstadii & Ipsa & per suos ibi Ministros significari curaverit, ut, si de se Dani solliciti essent, Svecico Legato Hafniæ subsistenti aliquid medicinæ, ad præsens tempus adaptandæ, proponerent, super qvo, qvemadmodum res deinceps sanari posset, consilium amplius caperetur. Eorum enim interfuit, per hujusmodi merita in tali statu constitutorum, aliquid proferre, qvod securiorem, qvam Sac. Reg. Mtas. experta est, pacem polliceretur. Sed sicuti pectoribus eorum jam diu fixum fuit, Pacem Roskildensem enervare, nec ullam cum

B

Svecia

Svecia arctiorem, aut saltem fidam amicitiam colere, præsertim ex qvo per æstatis beneficium aliunde promissis & spe onerarentur; ita huic occasione imminere æqvo animo haut sustinuerunt, qvin ambo Legati, Hafniam reversi, Legatum Svecicum qvidem inviserent, non tamen ullam pacis mentionem fecerunt, sed invertendo ordinem apud eum explorarunt, an qvidpiam à Sac. Reg. Mte. in mandatis haberet, qvod proponeret. Cum vero in rem præsentem illi nihil commissum esset, nisi ut causam regressus in Selandiam exponeret, Eosq; audiret, & Sac. Reg. Mti. audita referret, ab omni studio compositionis Legati Danici qvoq; destiterunt, scribens alter eorum ad Legatum Gallicum, Eqvitem de Terlon, qvod nihil à Legato Svecico potuerint expiscari; cæterum causam totâ Deo esse committendam: ut facile hinc animadveritas, de Pacis cura Eos parum fuisse sollicitos, imo, ut fraudem observes, hic alter Legatorum ad quendam suæ nationis virum literas dedit, qibus rogat, ut operam det, ne ad Gallicum Legatum profectæ literæ in manus Svecorum perveniant, non certe aliam ob causam, qvam ne Svecis documentum existeret, qvò Danicum dolum in Pacis cura mundo vulgarent. Sac. vero Reg. Majestas, cui perpetuum est sub ipsis bellorum servoribus pacem servari, et si Ei res non infeliciter cedunt, non ita multo post etiam per Gallicum Legatum occasionem fecit Tractatui & compositioni; sed non benignius audita Ejus propositio, qvam superior conditio acceptata: imo sat superbe super ea re & insulse à Regni Daniæ Magistro responsum est, ita ut omnis spes inducendi hac via Tractatum Sac.

Reg.

Reg. Mti. decollata videretur. Potuisset Sac. Reg. Mtas. justa qvoq; commoveri indignatione, atq; pacis benignitatem tantisper pigre & invite eam audiencibus recondere, præsertim cum res eo loco non esset, ut Svecos magis, qvam Danos, premeret; sed non ignara, bella in eum maxime finem geri debere, ut honesta & tuta Pax, qvæ unicus Sac. Reg. Mti. scopus perpetuo fuit, resultet, tergiversationi importunæ qvorundam nonnihil condonandum esse censuit, ac Commisarii sui, ad Polonicum Tractatum destinatis, in commissis dedit, ut, si ab ea parte Dani sui copiam facerent, pariter nomine Sac. Reg. Mtis. Sveciæ justis procuratoriis communiti adessent, qvi cum iis de compositione congrederentur. Præterea etiam non obſcurum est, qvoties ore scripto propensionem suam Ablegato Extraordinario Reipubl. Angliae Sac. Reg. Mtas. Sveciæ diversis temporibus aperuit, qvi etiam nulli pepercit operæ, labori, literis, aliqvam Haffniæ Pacis curam eliceret: hactenus tamen ne qvicqvam egit, ut facile intelligatur, supervacuum fuisse omnem ejus diligentiam & industriam, apud gentem pacis odio & duritie supinam. Desinant ergo culpæ notam in Sac. Reg. Mtem. derivare, qvi ipsi in causa sunt, qvod cruento tamdiu bello invicem committamur, qvod pacis cura tam langvide proficiat, ac commercia interim patientur. Nam qvod Rex Daniæ excipiat, se non posse pacem amplecti cum Svecia, nisi pariter in Borussia flammæ sopiantur, rationemq; addat, qvod cum Septentrionalium Regnorum Pace liber commerciorum cursus alias non redintegretur, id qvæ situm est effugium, ne pacis

Pacis nomen invalecat; atq; tale, qvod Daniam inter omnes circumiacentes populos qvam minimum afficiat. Quid enim ante hos quatuor annos, cum bellum in Polonia & Borussia inflammaretur, nihilo plus questus est Rex Daniæ, qvam olim ipsius Parens, cum bellum iisdem in locis à Svecis gereretur, qvorum alter singularibus documentis causam Svecicam asseruit, hic vero cum voto boni successus postea institutum Sac. Reg. Mts. Sveciæ approbavit, neuter vero de iniqvitate in commercia vocem edidit. Et sane, si qvæpiam existit ditio, qvæ hodie sensum aliquem turbatorum commerciorum intimius deprehendit, apud eam Regnum Sveciæ suum profiteri nomen opus habet, utpote qvod plerosq; maris Baltici portus possidens, eorumq; magnam sibi partem bello obnoxiam habens, qvorum in manu & opera præcipua commerciorum cura sita esse solet, qvam maxime affligi necesse est. Sub prætextu ergo & vanâ specie liberi commerciorum usus, sicuti Dani, cum iis volupe sic esset, terras & ditiones Svecicas antehac injuste invaserant, atq; sic belli flamas in Septentrione fuscitaverant, ita nunc moras nectere & belli necessitates in longum trahere instituunt, id qvod ante Roskildensem Pacem quoq; facere conati sunt, donec jugulo eorum Deus ensem admoveans, meliorem genti inderet mentem. Et qvanquam super cæteras contestationes non ita pridem Sac. Reg. Mts. Sveciæ prolixè declaraverit, qvanta propensiōne in studia pacis feratur, cum eadem urgerent Sereniss. Reipubl. Angliæ Ministri, ita ut exinde atq; ex superioribus satis liqveat Ejusdem voluntas redundi

inter
affi-
bel-
plus
cum
orum
m as-
insti-
er ve-
Et sa-
n ali-
e pre-
ri no-
althi-
artem
opera
quam
& va-
, cum
as an-
n Se-
ere &
, id
onati
vens,
m su-
Reg.
enli-
t Se-
atq;
ede-
undi

undi in amicitiam non modo cum Dania, sed etiam cum omnibus suis hostibus, atq; bonam cum iisdem correspondentiam restituendi; nihilominus (ut neminem fugiat, Sereniss. Regem Daniæ frustra se subducere, & inanes sibi figurare species, nullamq; omnino per Sac. Reg. Mtem. Sveciæ fieri moram, qvin Pacis studium è vestigio & qvovis modo reflorescat,) hocce Sac. Reg. Mtas. Sveciæ in animum induxit universo mundo declarare, iis vero in primis, qvi universali Tractatui operam dare præ se ferunt, qvod Sac. Reg. Mtas. eundem qvoq; approbare & acceptare firmiter decreverit, modo illi, qvi tales Tractatum sive commentantur, sive ex vero proponunt, alias exhibeant rationes, qvibus negocium non implicari magis, sed ad prosperum finem commode deduci posse probaverint. Sic enim procedendum est, ut, sive in uno sive pluribus locis Tractatus fuerit institutus, aliena & heterogenea non misceantur & confundantur, sed pro more, alibi servato, partes inter se qvidem agant & tractent, verum pro habitu, condizione & natura rei, atq; controversiarum constitutione & diversitate, diversimode. Si hac methodo & ratione felicius profici posse, fidis rationibus ostensum fuerit, promittit Sac. Reg. Majestas, non alienam Se fore ab ea sententia, qvin, ut cum omnibus reconciliationem institui ardenter cupit, ita à Se facile impietrare possit, ut profiteatur, universalem Tractatum non invitam Se amplecti velle. Cæterum, si non serio, sed sub obtentu res agitur, atq; negotia Pacis majoribus forsan hoc ipso implicita fuerint difficultatibus, protestatur Sac. Reg. Mtas. coram toto orbe,

Se

Se non modo culpa improsperi eventus vacare velle,
sed etiam teneri de jure eum debere ad commercio-
rum turbatorum indemnitatēm præstandam, qvi sub
prætextu specioso & consiliis subdolis commercia-
impediri & morari institerit, honestæq; Pacis occasi-
ones & vias, reperta qvavis exceptione & declinati-
one, occluserit, adeoq; ad trahendum bellum cum
hostibus Sac. Reg. Mtis. strictiora fœdera, belliq; so-
cietates iniverit, qvibus bonæ pacis & commercio-
rum rationes non possunt non obteri & conculcari.
Actum Chroneburgi, ut supra, in fidem majorem sub
sigillo Regio & subscriptione Cancellariæ.



Ex mandato Sac. Reg. Mtis.

Edvard Ehrensteen.

velle,
ercio-
vi sub
ercia,
ccasi-
inati-
cum
q; so-
ercio-
lcarci.
m sub


se nos modo eis q; imponamus eas etiam
legem etiam levem ad hanc cum debet in solu-
tum impotestum intercessione pasci utrumque, dicitur
bissecutor speciebold & consilii regalis commissari
imperio & mortis iustitiae, nouegeat; Pasci occisi
oues & avis, tenebras dasas exceptione & decessu
one, occidens, secedat, se a spem suam periret cum
huiusmodi & c. Reg. M. Regis. Huiusmodi federa, pessilli; lo-
cisteret trahent, dypas ponas basis & commerio
tum latentes non societas non operari & concuscar
Agmina Provinciarum ac tribus, in fidem missorum sup
nigro Regio & lapideum Canticum.



Ex Bibliotheca Sacra R. M. M.

Eduardus Episcopius.

en.



Biblioteka Jagiellońska



stdr0017088

